



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De adulterio, par. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

192 Lib. 2. Cap. 7. §. §.

tiam agnosco, unde & grave spe-  
ciale sacrilegium, contra Reli-  
gionem commissum, atque ideo  
Sacerdoti subjiciendum. In se-  
cundo, tam gravem irreveren-  
tiam non video. Nec novum est,  
non omnia peccata æqualem  
turpidinem continere: nam  
propter eamdem rationem cum  
qui valde impudica ante altare  
exereret, modò numero 25. à  
sacrilegio non liberavimus: libe-  
ramus tamen r alia peccata non  
ita turpia committentem.

s Azor

20.3 c. 25.

q 15.

§. 6.

#### *De Adulterio.*

43 C Ertum est conjugatum  
turpiter peccantē cum  
soluta, vel contra, debere expli-  
care se esse conjugatum: quia  
tunc adest nova species, nempe  
Adulterium. Sed quæstio est,  
An quando conjugatus cum  
conju-

conjugata (& idem queritur quando professus cum professa) peccat, explicandus sit status utriusque, An satis sit dicere commisi adulterium, sacrilegium, &c.

44 Dico non esse satis, sed adulterium, vel sacrilegium ex parte utriusque esse perpetratum, fore necessariò explicandum. <sup>a</sup> Ratio est, quia tunc duo suae commissa peccata, alterum <sup>a De Lug.</sup> quo quis peccat in sua persona, <sup>d 6. sec. 5</sup> alterum quo cooperatur cum <sup>n. 158.</sup> alia, ut illa, in propria persona peccet.

45 Sodomia cum conju-  
ge etiam sua, est adulterium: & denique bestialitas, sodomiā, & similia delicta uxorati, etiam cum solutis, sunt adulteria, atque adeo explicanda. Ratio, <sup>b</sup> quia <sup>b Sanc 1.9</sup> in his semper injuria fit conjugi. <sup>c de marr.</sup>

46 Superest hic, tanquam in <sup>d 18. n. 4.</sup> suo loco, querere, an qui sponsam habet de futuro, id explica- <sup>Azor 10. 3;</sup> <sup>l. 3. c. 23.</sup>

re debeat, si contra Castitatem peccet? Respondeo probabilis.  
**d. Basilius** simum esse non debere & Ratio  
**Pont. de** est, quia per sponsalia nondum  
**matr. l. II.** traditur Ius in corpus, quare  
**n. 8. aliiq.** non peccatur contra justitiam  
 Et sicut qui vovit Religionem,  
 si fornicetur, non obligatur explicare tale votum, quando fornicationem fateretur, quia per promissionem Religionis nondum contraxit obligationem voti Castitatis, ita ille, per promissionem Matrimonii, nondum contraxit obligationem justitiae.

## §. 7.

*De Incestu.*

**47** **N**on est dubium Incestum esse speciem Iuris explicandam in Confessione, qua cum consanguineis, vel affinibus, contra Castitatem

sive